131

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litt, Russiæ, Prussiæ, Masoviaeque &. Dominus et hæres. Rndo in Xto Patri Domino Mauricio Episcopo Varmiensi sincere nobis dilecto.

Reverende in Xto Pater sincere nobis dilecte!

Rem admodum nobis gratam præstitit Paternitas tua, quod nos tempori præmonuerit de gentibus, quæ ex Divina appulisse dicuntur, quibus transitum prohibendum duximus, quodque Paternitas tua unacum alijs consiliarijs nostris ita consulat et agat, ne ipsæ gentes transire Dominia nostra possent hortamur in quo scribimus universis consiliarijs nostris illarum terrarum, scribimus et Gedanensibus ac Capitaneis, ut huc omnes suas vires intendant, ut istos milites transire ditiones nostras non sinant, quod illos facturos non dubitamus. Datt Vilnæ decimâ nonâ Augusti, Annô Domini Millesimô quingentesimô vigesimô nonô.

scrip: Kalinowski.